Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8446
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



propter nomen tuum dux mihi eris et
enutries me. Ps. In te domine speraui non
confundar in eternum in iustitia tua libera
Oremus. Preces nostras quesumus domine. me.
de cunctis exaudi, ac
a peccatorum uinculis absolutos.
ab omni nos aduersitate custodi.
Lectio. Si ad corinthios. V.
linguis hominum loquar et
angelorum. caritatem autem non ha
beam: factus sum uelut es sonans
aut cymbalum tinniens. Et si ha
buero prophetiam. et nouerim mu
steria omnia et omnem scientiam. et
si habuero omnem fidem. ita ut
montes transferam. caritatem autem
non habuero nihil sum. Et si di
stribuero in cibos pauperum
omnes facultates meas: et si tra
diero corpus meum ita ut ardeam.
caritatem autem non habuero nihil
mihi prodest. Caritas patiens
est. benigna est. Caritas non e
mulatur. non agit perperam. non in
flatur. non est ambiciosa. non que
rit que sua sunt. non irritatur. non
cogitat malum. non gaudet super
iniquitate. condgaudet autem ueri
tati. Omnia suffert. omnia credit. omnia
speratt. omnia sustinet. Caritas
nunquam excidit. Sive prophetie e
uacuabuntur. sive linguis cessabunt.
sive scientia destruetur. Ex parte
enim cognoscimus. et ex parte prophe
tamus. Cum autem venerit quod per
fectum est. euacuabitur quod ex parte
est. Cum essem paruulus. loquebar
ut paruulus. sapiebam ut p
uuulus. cogitabam ut paruulus.
Quando autem factus sum uir e
uacuauit que erant paruuli.
Videmus nunc per speculum in enig
mate: tunc autem facie ad faciem.
Nunc cognosco ex parte. tunc
autem cognoscam sicut et cognitus
sum. Nunc autem manent fides.
spes. caritas. tria hec. maior
autem horum est caritas. Gradualis.
Oculi omnium in te sperant domine. et tu
das escam illorum in tempore opportuno.
V. Aperis tu manum tuam
et implebis omne animal benedictione. V. Benedic
domine quod donasti nobis de tua largitate.
V. Ipse fecit nos et non
ipsi nos. V. Nos autem populus eius et
oues pascue eius. Sequentia sancti Lucam.
Nullo t. Assumpsit iesus duo
decim discipulos suos. et ait
illis. Ecce ascendimus hierusalem
et consummabuntur omnia que scripta
sunt per prophetas de filio hominis.
Tradetur enim gentibus et illu
detur. et flagellabitur. et con
spuetur. Et postquam flagella
uerunt occident eum. et die tertia
resurget. Et ipsi nihil horum
intellexerunt. Et erat verbum
istud absconditum abeis. et
non intelligebat que dicebantur. Factum est autem cum
appropinquaret iericho. cecus
quidam sedebat. secus uiam men